



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs LXXVI. Notus in Iudæa Deus, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Fons dat, ex illo quod bibat omnis homo.  
At reliquum in fundo cogit potare prophanos:  
Sic bibit ille merum: hic fecibus exta replet.  
Ast ego in aeternum celebrabo facta potentis,  
Qui Deus est populi, fide Jacobae, tui.  
Robora confringam reproborum, vindice dextra,  
Confirmem vires ut, pia turba, tuas.*

### PSALMVS LXXVI.

Notus in Iudaea Deus, &c.

*Notus ut in Iuda Deus est: ita nomina sum-  
Illiis Iſraël laude vehenda canit. (ma  
In Salem sibi lata Deus tentoria fixit,  
Inq; Sione locat splendida tecta sibi.  
Illic confringens arcus, celeresq; sagittas,  
Bella fera, & gladios, scutaq; comminuit.  
Clarior his factis, longeq; potentior ipſe es,  
Quām prædatores, robore, monticola.  
Somno indulgentes, ſpolia amisere, tyranni,  
Et bellatorum concidit agra manus.  
Cūm, Deus ipſe Iacob, ſeu am ex ardescis in iram,  
Oppressi ſomno, currus equusq; iacent.  
Terribilis Deus es, rapidam quis ſabit ad iram,*

T 3

Cūm

Cum furor ardescens feruet & ira grauis?  
Judicis officium de cœlo quando minaris,  
Contremuere soli viscera, muta silent.  
Cum Deus exurgens terrarum iudicat hostes,  
Tunc iuuat oppressos viq[ue] doloq[ue] pios.  
Quando furunt homines, te contra, & cornua su-  
Viribus exertis est tua dextra potens. (munt,  
Cumq[ue] furor crescit, scelus & fit maius eundo,  
Instructus validis viribus esse soles.  
Reddite vota Deo, promissa fideliter illi  
Præstent, quotquot eum simplice corde colunt.  
Eia age, ferte Deo verarum munera laudum,  
Terribilis nemo quo magis esse potest.  
Qui fera principibus confringit corda superbis,  
Qui magnis horror regibus esse solet.

### PSALMVS LXXVII.

Voce mea ad Dominum clamaui, &c.

**V**OCE mea ad Dominum toto cùm pectore cla-  
Exaudit placidus supplicis ille preces. (mo,  
Rebus in angustis quoties ego quaro Ichouam,  
Extensam soleo tollere ad astra manum.  
Non ea cessatrix est unquam nocte dieq[ue],

Conso-